



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 6. Quid cùm aqua baptismalis congelatur, aut ita frigida est, ut possit baptizando nocere?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

De Sacram. Baptismi. Cap. II. 61

Hoc ipsum quoque præstabit, si etiam aqua Baptismalis per annum aliquo modo defecerit.

Quæst. 6. Quid agere debet Parochus cum aqua Baptismalis aut congelatur aut ita frigida est, ut possit baptizando nocere?

Resp. Ex eodem sancto Archipræsule ibidem: *Quoniam interdum accidit ut in summa hieme aqua Baptismalis vi frigoris congeliet, aut gelida nimis fiat: tunc ut aliquo calore liquefacta aut calefacta usui ad baptizandum infantem esse possit (cum animadverti debeat ne illa gelida nimis ei noceat) aliam aquam vase mundo calefactam immisceri licet, quæ aqua calefacta longè paucior sit quàm illa quæ benedicta est. Quæ in re cavebit etiam Sacerdos, ne quid aliud commisceat quam aquam puram ac naturalem, quamvis calidam.*

Quæst. 7. Quanam est materia proxima Baptismi?

Resp. Cum materia proxima, ut præmonuimus, nihil aliud sit, quàm applicatio, & usus materiæ remotæ in Sacramento, constat materiam proximam Baptismi esse ablutio-
nem, ut ait Divus Thomas: *Exterius suppositum sensui est, & ipsa aqua, & ejus usus qui est ablutio.*

D. Th. 3. p.
q. 66. art. 1.
in corp.

Quæst. 8. Quot modis conferri potest Baptismus?

Resp. Ut ait Angelicus Doctor, *Aqua sumitur in Sacramento Baptismi ad usum ablutio-
nis corporalis, per quam significatur interior ablutio peccatorum; ablutio autem fieri potest per aquam, non solum per modum immersionis, sed etiam per modum asper-
sionis vel effusionis: & ideo quamvis tutius sit baptizare per modum immersionis (quia hoc*

D. Th. p. 3.
q. 66. art. 7.
in corp.